UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

XXIV. Et ultima Annotatio. Conclusio Exercitiorum S. Ignatij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60263

Visual Library

Qui verò his Conſiderationibus , cùm ipſi
commodum erit, uti voluerit, ſapienter faciet,
ſi ex probato Auctore legat, quod in illis actio-
nibus, quas expendere debet, obſervare vel maxi-
mè decet; ex hoc enim lumen hauriet, quo actus
ſuos dirigat. Ex omnibus autem, quos ego qui-
dem inſpexi, accommodatiſſimus, & cuicunque
hominum generi utiliſsimus eſſe videtur P. An-
tonius Gaudier.

XXIV. Et ultima Annotatio.

Concluſio Exercitiorum S. Ignatij.

Vir quidam probus, qui aliquamdiu hujus
opuſculi copiam habuit, Auctor mihi fuit, ut ex-
plicationem ſubtexerem plurium Principio-
rum, & regularum vitæ ſpiritualis, quas Anno-
tationibus, Additionibus, Regulis, & aliis In-
ſtructionibus paſsim inſperſas in libello ſuo
nobis S. Ignatius reliquit. Et verò inſigne ope-
ræ pretium foret, quisquis hoc ex æquo præſta-
ret; afferret enim pleniorem totius Aſceticæ
notitiam, quam magnus iſte Magiſter perfectio-
nis compendio complexus eſt. Major autem eſt
argumenti hujus dignitas, quàm ut illam exili
ingenij mei vires aſſequi poſſint. Non præſumo
tam ſublimes conceptus, quos ille velut totidem
fallibilia principia poſuit, explicando deducere.

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eclarare naturam perfectionis, & agendi rationem, quâ DEUS in animas utitur, labor eſt, i longè ſupra captum meum eminet.

Si negotium mihi ſumpſiſsem, producendi in blicum ſenſa S. Ignatij, quæ de ſanctitate, & mediis, in ejus ſtudio proficiendi, concepit; uneris mei eſſet, de his quoque omnibus traare. Sed cùm nullum mihi aliud conſilium erit, quàm methodum Exercitiorum ab ipſo urpatam edere, ſatisfeciſſe me promiſſis artror, dum vim Meditationum illius, & mibilem, quo inter ſe cohærent, atque dirigens ad perfectionem animis maximè idoneum xum omnium oculis expono. Qui ſecum ipſi pendent, quòd hodie nomine Exercitiorum ènihil aliud intelligatur, quàm Meditatios, quæ præcipuam animæ occupationem in tra hac ſolitudine offerunt, facilè mihi aſſentur, & mecum affirmabunt: Methodum editationum S. Ignatij jure merito appellari ſſe Methodum Exercitiorum S. Ignatij, aut: ethodus S. Ignatij ad Exercitia. Atque ita haud avatè dabunt aſſecutum me eſſe ſcopum, em mihi propoſueram.

Credo equidem, plures fore in me bene animatos, quibus gratum accidiſſet, ſi librum accuiori calamo concinnâſſé, & quæ in doctrina

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aſcetica S. Ignatij excellentiora occurrunt, ſo-
lidè, atque ut ajunt, ex fundamento declaràſſem.
Hos autem, ut aliquid indulgeant imbecillitati
meæ, etiam atque etiam rogo, ſecuróſque red-
quòd, quidquid claritatis in hac Methodo de-
erit, illud facilè à peritia Directoris ſuppleri po-
ſit, qui hæc Exercitia iis tradet, qui in animæ ſ
commodum excoli cupient. Cùm omnium
dicio facilius longè ſit, animas inſtruere, fa-
liariùs cum illis de interno ſtatu agendo, q
inſtructionem ſcripto dare omni omnium h
minum genio accommodatam. Deeſt en
ſcriptori neceſſaria illa notitia, quam Dire
rerum peritus, ex quotidiano congreſſu de in
riori animæ obeuntis Exertitia haurire
poteſt.